

CAPVT XI.

DE QUALITATE SPIRITV.
ali, Ingenerabilitate & Incorrump-
tibilitate.

DE Incorrumpibilitate *Paulus* expressè loquitur, cum inquit; *Seminatur corpus in corruptione, resurget ev à φθαρσία.* Et paulò post, *Oportet corruptibile hoc induere à φθορσίαν incorruptibilitatem.* Quibus liquido ostendit Apostolus superaccessuram corporibus beatorum hanc qualitatem, quod incorruptibilia sint futura. Et sic etiam *Cyrillus lib. 12. in Iohan.* verba Pauli sequentia, virtutis & gloriæ, accipit: quid autem est in virtute atque in gloria resurgere aliud, quàm quod omni infirmitate, omnique corruptionis dedecore procul depulso, ad sinceram incorruptibilitatem genus humanum rediturũ sit? &c. Idem vult & *Petrus. 1. Pet. 1. v. 4.* Cum inquit: nos vocatos ad hæreditatẽ à φθαρόν, à μιαντόν, à μάραντόν, incorruptibilem, incontaminatam, immarcessibilem. Et quia corruptio vnius alterius generatio est, itaque eo ipso, quia denegatur corporibus gloriosis corruptio, denegatur quoque nova generatio.

Vt autem generatio productio est non Entis in Ens, sic corruptio conuersio est Entis in nõ Ens, & ob id, quia nouorum Entium productio locum non habebit in altera vita, multò minus quoque locum habebit destructio Entium, & contra.

L

Est au,